

se communicare Petro, tanquam de eius familia, ac sui Vicario iam designato, quandam participationem sui priuilegij ratione cuius ipse etiam non esset debitor tributi, nisi fortè propter aliquod scandalum vitadum, *Ne scandalizemus eos.* Cum autem hoc priuilegium daretur Petro, tanquam Christi futuro Vicario, hoc priuilegium non fuit solum personale in Petro, sed etiam reale ratione dignitatis, atque ex vi diuini iuris, ordinationisque Christi ad Petri successores transiens, vt satis significat D. Hieron. D. Chrysoctomus, Thophyl. Euthymius, & alij, quatenus docent, hanc prerogatiuam fuisse concessam Petro, quia erat caput Apostolorum; & quatenus equiparant hunc locum cum illis alijs: *Tibi dabo clauis regni caelorum:* & etiam: *Ego rogauit pro te;* in quibus Christus loquens ad Petrum, cum illo, & successoribus eius loquitur. De hac re latè Abulensis hoc c. 17. Matth. Caietan. 2. q. 104. art. 6. Bellarm. lib. de cler. c. 28. & specialiter Suarius contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 5. n. 9. 10. & 11. De hac re latè etiam in tractatu, quem edidi de Immunitate Ecclesiæ, cum essem procurator Apostolicus Ecclesiasticæ libertatis huius regni Portugalliæ, in Curia Catholicae Maieftatis, anno Domini 1636. De quo Deo dante alibi latius differam.

Hieron. Chrysoct. Euthym.

Abulens. Caietan. Bellarm. Suar.

QUESTIO IX.

Quare ad didrachma soluendum misit Dominus Petrum ad mare?

75. Chrysoct.

RESPONDET primò Chrysoctomus, & ad litteram homil. 59. *Vt rerum omnium Dominum se ostenderet, utque maris ipsius ditonem habere videretur, non à reconditis, sed mirabili quodam modo inuentam pecuniam deferri iubet.* Voluit Christus Dominus hoc facto totam suam doctrinam comprobare, vt ait Abulensis q. 194. Dixerat enim ipse: *Liberi sunt filij:* ac proinde quòd, cum ipse esset filius Dei, liber erat tributo; & quòd illud soluerebat: *Ne scandalizemus eos.* Disponit ergo censum dare, non ex his, quæ habebat sub ditone sua in communi sportula Discipulorum, quæ homo; sed miraculose vt filius Dei educit pecuniam ex ore piscis à mari, vt ex hoc fieret euident, quòd pecuniam exhibebat, cum esset Dei filius, qui Cæsatis legibus non erat subiectus, sed illis omnibus superior, ac proinde tributum indebitum soluerebat, vt scandalum euitaretur, non enim vt filius Dei ab exactoribus cognoscebatur.

76. Origenes.

Secundò. Origen. homil. 3. in Matt. Nam, inquit, quia neque ipse habebat eam imaginem, quæ petebatur, Neque discipulus suus; docet, ubi valeat reperiri imago, quæ queritur. *Vade, inquit, ad mare, &c. neque ego habeo hanc imaginem, neque tu; si tamen verè discipulus meus es, si porta inferi non preualent aduersus tu.* Mittitur Petrus ad mare, vt de ore piscis denarium requirat. Ita enim à Christo, & à Christi Discipulis pecuniæ abunt, vt neque in sagulo, neque in crumena, sed in mari habeantur, hoc est distantissimè à corde suo, ab affectuque suo. Et qui talis est Christi discipulus, vt eas longissimè à se habeat repositas, portæ inferi aduersus eum non preualent.

77. D. Thom.

Tertiò D. Thomas 1. 2. q. 188. art. 7. in corpore sic ait: *Neque obstat, quòd D. Hieronymus dicit super Matt. Si quis obicere voluerit, quoniam Iudas pecunias in loculis portabat. Respondemus, quòd res pauperum in usus suos conuertiere, nefas putauit, scilicet soluendo tributum.* Si dicatur, quòd Iudas portabat marsupium, & pecuniam pro pauperibus altendis, ac cum necessitas exegisset pro Discipulorum alimentis; tamen misit ad mare, vt tributum, quòd ab ipso exquirebatur, solueret: tanquam optimus princeps noluit suorum censum in aliquo minuere, nec aliquid minimum à suis auferre, vt in proprio vsu conuertiere, ac consumeret. Nam, vt ait Cassiodorus lib. 10. Variar. 13. *Vltra omnes crudelitates est diuitem velle fieri de exiguitate mendicis: paupertatem potius ad se trahit, si exigentium pecunias non repellit.*

Abulens.

Demonstrat. Christus in suis dictis veritatem.

Pecunia amor longe à Christi Discipulis.

Quartò. D. Ambrosius in cap. 4. Luca ad illa verba: *Laxate retia vestra:* sic ait: *Si enim censum Dei soluit, quis tu tantus es, qui non putas esse soluendum? Et ille censum soluit, qui nihil possidebat: tu autem, qui seculi sequeris lucrum, cur seculi obsequium non recognoscas? Cur te supra seculum quodam animi arrogantiã feras, cum seculo sis misera cupiditate subiectus.* Ordinatur Christus, vt tam ipse, quam Petrus, Ecclesiæ suæ caput, censum soluant, cum alijs essent immunes, vt patet ex dictis in expositione; & etiam nihil haberent. Vt fortè nobis præberet documenta, vtgente graui reipublicæ periculo, alienum ab Ecclesiæ maiestate non esse, suis aliquo subsidio adiunare, annuente ipso Ecclesiæ capite, Romano scilicet Pontifice cap. aduersus, de Immunitate Ecclesiæ.

Bonus princeps suorum res in propriis usibus non conuertit.

Cassiodorus.

78. Ambrosius.

Gravem ruinam minabatur Rex Assyriorum vniuerso Israeli, ad quem placandum, ex eius expostulatione, *Dedit Ezechias omne argentum, quòd reperit fuerat in domo Domini, & in thesauris Regis.* In tempore illo confregit Ezechias valuas templi Domini, & laminas aureas, quas ipse affixerat, & dedit eas Regi Assyriorum 4. Reg. 18. num. 15. Quomodo piissimus Rex, cuius probitas maximè laudatur in Scriptura, argentum domus Domini, & laminas aureas, quas ex diuini cultus religione templo dederat, nunc ab illo aufert, & sacrilego, ac Idololatræ regi mandat: Ex religione aufert, & dat Assyriorum Regi, ne ipse cum hostili manu adueniens, non solum urbem, sed etiam templum destrueret, ac prophanaret. Pro tuenda religione domus Domini, illius dona dat Ezechias. Abulensis q. 26. *Quia, ait, non habebat nunc, unde alias soluere imponerem, quam fecerat Rex Assyriorum, oportuit, quòd acciperet aurum, & argentum, quòd erat in domo Domini; & inter cetera accepit laminas aureas, quas dederat.*

Non alienum est ab Ecclesiæ reipublica necessitate subuenire.

79. 4. Reg. 18.

Ob defensionem templi Ezechias dat laminas Regi Assyriorum.

Abulens.

QUESTIO X.

Quare Petrus iubetur, hamum, & non retia mittere?

COMMUNITER Apostoli ex Christi mandato mittebant retia in mare. Luc. 5. num. 4. *Laxate retia vestra in capturam.* Et Ioan. 21. n. 6. ait illis Christus: *Mittite in dexteram nauigij retia, & inuenietis.* Vnde optimè inquit D. Ambrosius ad citatum locum cap. 5. Luc. *Bene Apostolica instrumenta piscandi retia sunt, quæ non captos perimunt, sed reseruant.* At verò Petro dicitur: *Mitte hamum.* Quòd notans Ambrosius citatus ait: *Quo genere solum Petrum piscari Dominus iubet.* Apostolis committuntur retia, quæ pisces absque aliqua

83. Luc. 5. Ioan. 21. Ambrosius.

Praelatus subditos suauitate, ac ferro coercet.

Ioan. 18.

81. Hieron.

Pro minima voluptate vita, ac aurum deperditur.

82. Hugo.

Sacra Eucharistia nos eleuat à terra.

83. Psal. 64. Vatablus. Hieron. Vincent. Fer.

Eucharistia erigit nos in caelum.

Hilar.

84. Chrysoct. Thophyl. Euthymius.

Hieron. An moneta fuerit creata.

cruentatione extrahunt, quæ non captos perimunt, sed reseruant. At Petro Apostolorum principi, & futurorum in Ecclesia Praelatorum primo post Christum Dominum exemplari datur hamus, qui pungit, & cruentat, ac vulnerat: quia ad Praelatum spectat, subditos, non solum suauitate demulcere, sed etiam aliquando aculeo, ac ferro coercere. Hinc ex omnibus Apostolis solus Petrus in Horto, districto gladio, percussit seruum Pontificis Ioan. 18. n. 10. ad Praelatum etiam Ecclesiasticum spectabat, aliorum insolentiam reprimere.

Secundò. D. Hieronymus in Carena D. Thomæ. *Iste piscis, qui primus captus est, est primus Adam.* In quo piscis iste, qui primus hamo extractus est à D. Petro, adumbrat primum Adamum: Quæ combinatio inter vnum, & alterum? Hamus mittitur in mare, vermiculo, vel quadam minutissima cibi parte tectus, ac inescatus, cuius aspectu piscis ingenti voluptate, ac cupiditate inflammatus, cæteris citius præcurrit ad deuorandum, ipsa cupiditate cæcus, non aduertens, quanti ille cibus soluendus est, nam sub illo vermiculo later ferrum, quo piscis transfigitur, totusque sanguine cruentatur, nummis suis spoliatur, vitam perdit, & mortem absorbet. Non dissimili casu, ac auditate infelici Adamus obiecto pomo ad deglutendum properat, quòd magnis doloribus luit, sub fucatis illis illiciis inueniens ferrum peccati, quò lethaliter vulneratus vitam simul cum nummis, seu totius Orbis principatu miserimè perdidit.

Tertiò. Cardinalis Hugo. *Hamus, ait, Christus, ferrum Deitas, esca caro.* Petrus mittit hamum in mare, vt piscem extrahat, & subleuet in aërem. Prafiguratur ibi, quòd ipse Petrus, vt sacerdos, ac Pontifex, adhibiturus erat hamum ad extrahendos homines à terra, ac subleuandos in caelum. Sed quam virtute hic hamus in manu Petri tantam obtinebit vim? *Esca caro Christi,* de qua dicitur, *Esca dedi timentibus se.* Hæc enim pro nostra subleuatione tantam habet efficaciam, vt cum è manu sacerdotis in os intrat, vehementer nos capiat, ac à terra exaltet, & in caelum reponat, ac euolare faciat.

Canit Regius Vates: *Pinguet speciosa deserti.* Psal. 64. n. 13. Legit Vatablus. *Speciosa pasqua deserti.* Et D. Hieronymus pro speciosa ponit pasqua. Quam hanc pasqua speciosa? D. Vincentius Ferreita ferm. 3. post Inuocationem ait: *Pasqua est sacramentum altaris.* Hæc humiles, simplices commorantes in terra instar ouium pascit, & nutrit. Sed quid inde ex hac pasqua? Subiungit Psal. mista: *Exultatione colles accingentur,* seu, vt Legit D. Hilarius, *erigentur.* Hæc pasqua dignè recepta, quos hami pressos inuenit, erigit, ac subleuat in caelum.

QUESTIO II.

Quare ordinatur, vt moneta in ore piscis inueniatur?

HOc facto, vt rectè notauit D. Chrysoctomus, Thophylactus, Euthymius, se ostendit Christum Dominum dominum maris, mandâs mari, vt piscem eum tributo deferat, ostenditque suam etiam infinitam præscientiam, vt ait D. Hieronymus, quòd scilicet nouerit, piscem habere in ore staterem, quodque primus ipse capiendus esset. An verò hæc pecunia fuerit creata in ore piscis, Sylueira in Euang. Tom. IV.

dubitatur. Glossa Interlinealis *Mira potentia, quæ hoc dicenda, creauit staterem.* Quòd etiam tradit D. Hieronymus. Vel, vt alijs placet, ministerio Angelorum in ore piscis reposita est. Vel etiam potuit à pisce inueniri; & ne deglutiret, à Domino est impeditus. Ad quæstionem

Gloss. Int. Hieron.

85. Clem. Alex.

Respondet primò Clemens Alexand. 2. Pædag. cap. 1. *Monet auferre luxuriam, & auaritiã, tanquam piscis nummum, vt seperet vanam gloriam.* Duplex ponderatio: piscis in mari hominem in fonte baptismali denotat. Et cur ab ipso mandat Dominus extrahere pecuniam? Vt sobrie, & castè viuat. *Monet auferre luxuriam, & auaritiã, tanquam piscis nummum.* Aurum luxuriæ, & auaritiæ mater: qui enim rerum copia viuat, sæpè luxuria frædatur, & licentiosè ad cupiditates laxat habenas. Vel *Tanquam piscis nummum, vt seperet vanam gloriam.* Ingentes diuitiæ, inanis gloriolæ fomentum; ex eorum luxu frequenter homo supra se rapitur, & aliud de se cogitat, quàm par est. Vt ergo iam, aqua lustrali mundatus homo luxuria, aut inani gloria non maculetur, ab ipso mandat Dominus nummos auferre.

Pecunia mater luxuriæ, auaritiæ, ac inanis gloriæ.

86. Ambrosius.

Secundò. D. Ambrosius lib. 4. in Luc. cap. 5. Postquam didrachma pretium nostræ salutis appellauit, sic subdit: *Non oisise in ore piscis inuenitur: ex ore enim tuo iustificaberis. Etenim pretium immortalitatis est nobis nostræ confessio.* Ore enim confessio fit ad salutem. Rom. 10. num. 10. Piscis hic, vt modo dixi supra, denotat Christianum eductum è lustrali aqua: nummum ergo, quem Petrus ab eo postulat, non portat in visceribus, vbi reconduntur, quæ à pisce deuorantur; sed in ore, vbi nullam moram trahunt, quæ à piscibus arripiuntur. Cur ergo potius in ore, quàm in visceribus didrachma soluendum inuenitur? *Quia* pretium nostræ immortalitatis, quòd ex dispositione diuina sacerdos requirit à lustrali fonte Baptismatis, sunt peccata, quasi nõ occultata in cordis inueniantur latebris, sed confitendo illa ore manifestent, atque euomant. *Etenim pretium immortalitatis est nobis nostræ confessio.* Ergo pro immortalitate comparanda solve illius pretium, nempe tuorum peccatorum confessionem.

Rom. 10. Confessio pretium nostræ immortalitatis.

87. Ambrosius.

Tertiò. Idem D. Ambrosius lib. 1. Epist. 1. *Hic stater in ore piscis inuenitur, illius piscis, quem capiunt piscatores hominum; illius piscis, qui ponderat sermones suos vt igne examinatos proferat.* Piscis, qui portat aurum in ore, denotat illum, qui bonos sermones eructat. Nullus ditior thesaurus, quam bona lingua, quæ nouit verba sua sanctitatis trutina ponderare.

88. Hilarius.

Quartò. D. Hilarius apud Catenam D. Thomæ. *Piscis iste, inquit, beatus ille primus martyr Stephanus, primus ascendit, & staterem in ore constituit.* Grande mihi dubium: quòdnam fundamentum habuit S. Pater, vt nobis hanc proponeret conclusionem, quòd piscis iste ille primus martyr Stephanus? Nam Stephanus sustinuit martyrium, quò dedit sanguinem, ac perdidit vitam: at piscis iste, vbi obrulit staterem, permixtus est redire in mare; Petrus enim ob suam eximiam obedientiam id solum fecit, quòd ei à Christo erat mandatum. *Aperto ore, eius inuenies staterem, illum sione.* Ac proinde Petrus solum sumit staterem, piscem dimisit. In quo ergo piscis iste ille primus martyr, qui crudelium saxorum imbre lapidatur? Nil viuacius potuit primum martyrem adumbrare, quàm piscis iste: nam hic primus de mari ascendens auro suo viduatur; & nullum rigidius homini martyrium, quàm quòd auro suo spoliatur. Stephanus

Spoliatio auro hominis martyrium, & vita priuatio.

primus fundit sanguinem, & dat vitam: piscis iste primus offert aurum, quod est nobilissimus sanguis, & charissima hominis vita. Prima ergo auri oblatio perbellè exprimit primò effusum martyrio sanguinem, ac vitam.

89. Ambros.

Oratio pro inimicis pretiosus census aureus Iesu.

Quintò. D. Ambrosius lib. 5. Exam. cap. 6. Misit Petrus retia, ait, & complexus est Stephanum, qui de Evangelio primus ascendit, habens in ore suo staterem iustitia. Pro hoc pisce stabat Iesus, sciebat enim, esse in ore suo pretium sui census. Cur sub huius piscis typo intelligitur Stephanus, qui primus de Evangelij sagena per martyrium ad regna caelorum ascendit; & quomodo ab eius ore educitur aureus nummus? Erat in ore Stephani Oratio pro inimicis, qua de aduersariorum hostilitate ingentia lucra percipiebat, omnèque referebat Christianum talentum. Expende illud pretium sui census. Et si alij habeant census suos in vineis, oliuetis, ac thesauris; Iesus vero habet census suos in inimicorum venia, quae à sanctis offertur ei.

90.

Tributa ne crudelitate extorqueantur.

Sextò. Piscis tributum defert, non intra viscera, sed in ore: nonne melius esset, illud in ventre portare? potuit enim deglutire gestareque in aluo? Piscis iste, ut iam dixi in solutione 4. hamo extrahitur, statim, ac monetam euomit, Christo sic disponente, solutus est, ac mare adire permittitur: si autem staterem reclusisset in ventre, euiscerandus esset, ut tributum extraheretur. Ergo prehensus hic piscis macandus non est, cum omnes, qui capiuntur, enecentur. Hoc magno documento nos voluit Dominus informare, quòd eum, à quo tributum extorquetur, cruentare, Dei ministrorum non est. Tributòrū exactores ne nimia crudelitate excoriant eos, quòrum bona expiscantur, & à quo exiguntur, sic soluar reddens, ut non pereat, nec suffocari videatur. Dedignantur enim pecunia, suorum sanguine conspersa, principes.

91.

Tributum saepe cibis ex ore extrahitur.

Septimò. Nummus hic de piscis ore extrahitur, ut tributum soluatur. Cur non praepratur aliqua marina bellua, ut manibus illud deferat; sed ab ore piscis eruitur? O quam frequenter, cum tributum exigitur, cibus ex ore plebiculae extrahitur, & tributum, quod soluatur, potius ex ore, quam è manu cadit.

92.

Deuter. 17.

Tributum sit unum, & non multiplex.

Philo.

Hinc mandauit Deus Israel, quòd, cum accederet ad aliquam ciuitatem expugnandam, si acceperint pacem eius, Cumulus populis, qui in ea est, saluabitur, & seruiet tibi sub tributo. Deuter. 20. num. 11. Cur non iubetur, ut hostis in seruitutem redactus, seruiat sub tributis, sed sub tributo? Dei dispositio, ut vnum sit tributum singulare, non vero multiplex, ne nimis vexetur populus, ac inopia, & fame torqueatur. Philo in loco docet, bonos esse principes, qui suis parcent provincialibus, vno contenti tributo, ne subditos redigant cito ad extremam inopiam.

QUESTIO XII.

Quare Dominus pro se, & Petro, & non etiam pro aliis Apostolis mandat soluere tributum?

93.

Lucas. Burgenf.

Facile poterat illa pecunia comparari, qua Dominus pro se, & Petro, ac etiam aliis Apostolis soluere: cum omnibus venit Dominus Capharnaum, ubi tributum exigebatur: Cur non pro omnibus soluit? Lucas Burgenf. ait, quòd alij Discipuli excusati sunt à solutione tributi titulo

inopia. Abulensis vero quæst. 200. quod pro aliis Discipulis solum est ex communibus loculis, quos portabat Iudas; vel ex eleemosynis amicorum. Matthæus autem solum narrat inuentum per miraculum in ore piscis, quod Dominus pro se, & Petro soluere voluit, ostendens se omnium dominatorem, & Legi minime esse subiectum, sed liberum, ut dixi supra q. 9. in principio. Vel tertio, ut ait Lyranus, ad tributum solum obligabantur capita familiarum; non autem singuli de familia, ut erant Apostoli, Petro excepto, de quo statim.

Abulens.

Lyran.

94. Abulens. Malachi 8. Luc. 4.

Orig. Hieron. Pasch. Chryl. Petri humilitas in suo honore abscondendo.

95. Chryl.

Per fidem, ac obedientiam euehitur homo ad diuina.

96. August.

Prælati est, subditorum onera ferre.

97. Hieron.

Esti interum virtute emineas, in exterioribus conformare cum aliis.

Primò. Dominus pro se, & Petro soluit tributum; tum quia Petrus huius exactionis, ac solutionis erat minister; tum etiam quia Petrus domum, & familiam habebat Capharnaum, ut ait Abulens, & patet Matth. 8. n. 5 & 14. Luc. 4. n. 31. & 33. tum etiam honoris causa, ut innueret, à se destinatum cæterorum Apostolorum caput, ac principem, & ipsum suæ familiæ, ac Ecclesiæ esse constitutum Vicarium, ut commentantur Origenes, Hieronymus, Paschasius, ac Chrysofom. homil. 59. Da eis pro me, & te, inquit, Vidisti honoris excellentiam? Vide nunc quanta philosophia vititur Petrus, hunc enim locum Marcus, qui Petri discipulus fuit, ideo non scripsisse videtur, quoniam ingens hic honor magistro deferrebat; sed negationem quidem ille quoque diligentissime scripsit. Hæc vero, que ad Magistri laudem pertinent, ipso forsitan deprecante, ne magnifica de eo diceret, omnino soluit.

Secundò. D. Chrysofom. citato loco. Miraris, ait, Christi potentiam: mirare etiam Discipuli fidem, qui ad rem natura incredibilem illico paruit: fidei retributionem confestim habuit, Christo in solutione tributi conuictus. Petrus præclara fide, ac obedientia eniuit: nam re tam difficili, supra naturæ cursum, non dubitat, nec cunctatur, sed statim Domini mandatum exequitur. Inde dignus inuentus est, ut cuiusdam veluti æqualitatis cum Deo particeps fieret in redditione tributi.

Tertio. D. August. q. 75. ex Nouo Testamento. Saluator, inquit, cum pro se, & Petro dari iubet, pro omnibus exoluisse videtur; quia sicut in Salvatore erant omnes causæ magisterij, ita & post saluatorem in Petro omnes continentur; ipsum enim constituit esse caput eorum, ut pastor esset gregis dominici. Cur singillatim Christus, ac Petrus, non verò alij Discipuli tributa solunt? Multi hoc ad insignem Petri dignitatem referunt, quam Christus quodammodo patrem suæ dignitati effecit: potius tamen referendum existimo ad Petri munus; quod proprium Prælatorum sit, subditorum onera ferre, ac pro ipsis debita tributa persolvere: & dum Petrus pastor dominici gregis pro se tributum pendit, pro omni grege soluit.

Quartò. D. Hieronymus in præsent. Pulchrè, ait, illud ipsum quidem datur pretium; sed diuisum est, quia pro Petro quasi pro peccatore pretium reddebatur; Dominus autem noster peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Ostenditur autem similitudo carnis, duo eodem, & Dominus, & seruus, pretio liberantur. Valdè mirabile, quòd pro Domino & Petro æquale pendatur tributum; cum tamen Christus, ut Dei filius naturalis, sit liber; alter vero, scilicet, Petrus, sit homo vetricialis, & saltem ex sua conditione subditus; Da eis, ut non scandalizemus eos. Ut obuiaret scandalis, ab externis actionibus non vult diuinus Magister discrepare, etsi interna virtute multum ab aliis distinguatur. In soluendo tributo seruulo assimilatur, cum in vetricialis debito multum distet à seruo. Ut suo exemplo

ALTER TEXTVS.

Marc 9. n. 31. Et venerunt Capharnaum. Qui, cum domi essent, interrogabat eos: Quid in via tractabatis?

Num 33. At illi tacebant, siquidem in via inter se disputaerant, quis eorum maior esset.

Lucæ 9. n. 46. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset.

EXPOSITIO I.

VM Dominus concomitantibus Discipulis peteret Capharnaum, in ipsa via altercarunt Discipuli, quis eorum cæteris esset maior, ut narrat D. Marcus; cumque essent domi, milit Iesus Petrum ad mare, ut piscem expiscaretur, & tributum soluere, ut vidimus sup. cap. Cum Petrus, repedito tributo, domum redisset, & adessent omnes duodecim, ut patet ex 9. Marc. num. 34. quæsiuit ab eis Christus: Quid in via tractabatis? At illi verecundia suffulsi tacerunt, & merito, quod in comitatu tam humilis Magistri de primatu contenderent. Postea verò, ut scribit D. Lucas, Intrauit in eos cogitatio, quis eorum esset maior. Cumque ipsi considerassent, cogitationes suas Christo esse apertas: & notas, ac ei minime posse abscondi, hanc quæstionem ponunt. Ex quo rectè inferunt D. Chrysofomus, homil. 59. in Marth. Euthymius, Theophylactus, D. Paschasius, Apostolos, cum adhuc essent imperfecti, saepe ambitione fuisse adulos, tum in via, tum etiam in domo.

In illa hora, frequens Hebraismus est, & significat sub idem tempus, quo erat Iesus Capharnaum domi. Accesserunt Discipuli, duodecim nempe Apostoli, ut colligitur ex Marc 9. num. 34. Quis maior est, seu, ut habet Syriacus, Quisnam maximus est. Et quamuis inter eos esset disputatio, & cogitatio, Quis eorum esset maior; tamen coram diuino Magistro non dicunt: Quis nostrum maior est; sed modestius loquuntur; ac propositionem vniuersalem ponunt, & absolute, Quis maior est? Et cum hæc quæstio ex privilegijs Petri orta esset, tamen, ut notat Chrysofomus citatus, Veriti turbationem profiteri suam, non aperte, quare Petrum ipsis præponeret, sed confuse, Quis ergo maior est, interrogant. Ut sic magis suam imperfectionem abscondant, & maiorem modestiam coram Magistro ostendant, ac alicqualem erga Petrum exhibeant reuerentiam, eius nomen suppressentes. Et notandum, quòd Apostoli stimulati ex fauoribus Petri hanc quæstionem excitant, ut iuxta multos Patres infra dicam quæst. 5. Tamen illam non proponunt suo Magistro, cum Petrus in piscatione esset absens, sed cum ipse præfens adesset, ut modo supra notauimus. O quantum distat hoc ingenium à conditione hominum huius sæculi, qui etsi dona aliis concessa, in eorum præsentia applaudant, illa verò, in eorum absentia maligne corrodunt. In regno calorum, hoc est in regno Messia, seu in Ecclesia, quæ ab ipso instruebatur; & consequenter deinde in regno ca-

98. Hieronym.

Glossa.

Qua in Dei obsequium damus, nobis proficimus.

99.

1. Reg. 21.

Qua Deo consecramus, nobis sunt utilis.

Basil. Seleuc.

plò nos Dominus informaret, quòd etsi internis donis superiores aliis simus; externis tamen actionibus, & scandala deuitetur, ab aliis minime declinemus, sed cum illis, quantum fas est, conformemur. Quintò. Eadem verba D. Hieronymi iterum premo. Eodem pretio Dominus, & seruus liberantur. Si à solo Christo didrachma, id est duo regales exiguntur, cur etiam aliud didrachma, seu alij duo regales pro Petro soluuntur; nam vnus stater continebat duplex didrachma, id est quatuor regales, ut ait, Glossa apud Catenam D. Thomæ, Conseruendo erat, ut vnusquisque pro se didrachma soluere; stater verò est pondus duorum didrachmorum. Cur ergo pro Petro soluatur, cum pro ipso non exigatur? Et cur non distincta moneta, sed vna eadem cum Domino. Eodem pretio Dominus, & seruus liberantur. Vnus stater, non verò duo didrachma, in ore piscis reperitur, ut idem indiuiduum pretium pro vtroque soluatur; ut inde discamus, quòd in eo, quòd Christo obsequia præstamus, nobilmet ipsis benefacimus. Cum Petrus pro Christo soluit, sibi met subuenit, ac consulit, suoque debito satisfacit, à quo absolutus manet.

Vrgente Saulis furore fugit David ad Achimelech, dissimulata sui aduentus causa, à sacerdote panes, & gladium petit, qui illi dixit: Ecce hic gladius Goliath Philisthai, quem percussisti in valle Terebinthi, est involutus pallio post Ephod, si istum vis tollere, tolle. 1. Reg. 21. num. 9. Cur statim David ait. Non est huic alter similis, da mihi eum. Cur gladius Goliath ita extollitur, ut nullus aptior putetur; nam forsitan ex tanta temporis diuturnitate otiosus tubiginem contraxisset; vel ex ingulato Gigante acies eius retusa, & hebetata esset: quomodo ergo præ cæteris illum probiorem existimaret? Parta victoria David Goliath gladium Deo consecrauit, ac in Domini tabernaculo posuit; indeque ipse gladius ad eius vitæ tutelam aptior est inuentus: quæ enim Deo dedit, sibi maxime in suum adiuuam retinuit, ut nil aptius ei adesset in sui auxilium. D. Basilius Seleucus Orat. 15. David omnia gratia tribuit, ait, neque gladium infert in pugnam, inermis pugnat, sublato Goliath gladio, gladius dominum diuidit, armis in vsu debitis versis. Qui totam pugnam ad Dei gloriam, & obsequium destinabat, in ipsa pugna inuenit arma in vsu debitos suos.



CAPVT X.

Maior in Regno calorum.

Matthæi 18. In illa hora accesserunt Discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas maior est in regno calorum?

VERSIONES.

D. Hilar Orig. In illa die accesserunt. Vatablus. In illo tempore. Syriacus. Et inquit: Quisnam est maximus in regno calorum?